


663

Sigismundus Primus Rex Poloniae
Ferdinando Regi Hungariae
et Bohemiae

160

Serenissime Princeps etc. Tametsi opera
nostra desistendo bello inter maiestatem
vestram et eius adversarium ratione Re-
gni Hungariae quam ab initio diligenter
et integerrimo animo prestidimus, nesci-
mus nostra ne magis, an temporum infeli-
citate nobis non successit, dolentissimo ta-
men animo videntes quae sequata sunt, et
adhuc seutura meluimus, nolentesque de-
bitum et officium nostrum, praetermittere
cuperemus, adhuc una cum Illustrissimo
Principe Georgio Duce Saxoniae hoc ne-
gotium tractare, sed non visum est utri-
que nostrum illud absque scientia et
voluntate maiestatis vestrae ordiri. Quare
plurimum rogamus, eandem maiestatem
vestram ut nos de ipsa voluntate sua,
an hoc idem negotium agredi deberemus
certiores reddere velit. Nos vero quidquid
nobis maiestas vestra concedere digna-
bitur, id totum et secretissime continebi-
mus



continebimus, et id omne diligentissime cura-
bimus, quidquid et dignitati maiestatis ve-
strae et Reipublicae Christianae conducere
videbitur, cuius fraterno amori nos ex corde
commendamus, et vobis illam felicissime
desideramus. Dabo.